

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

istas alternationes fortunarum .i. rerum  
fortuitarum fluitare .i. diuagare sine rectore  
i te sunt magne cause non modo .i. non solum  
ad morbum verum pro sed sunt ad interitum  
.i. ad mortem vel ad perditionem anime

**¶** Nota homo seipsum ignorans extra limites  
recte rationis positus est & talis dicitur esse  
exul ut prius visum est **¶** Nota homo seipsum  
ignorans tamen se estimando esse mortalem  
dolet de amissione bonorum mortalium ergo  
dicitur propheta quia tui oblatione confunderis  
exule te & expoliatum propter bonis doluisti

**¶** Nota ex afflictione vel perditione ultimi  
finis homo dicitur potens vel impotens ex  
quarto huiusmodi quia ergo Boetius ignorans  
uit ultimum finem rerum ideo putabat malos  
esse potentes **¶** Nota Boetius ignorauit  
quibus gubernaculis mundus regeret ideo  
ignorauit quod deus sua bonitate omnia dispo-  
neret ergo putabat vices fortunarum esse sine  
rectore:

**¶** Sed sospitatis auctori grates: **¶** Dic propheta  
ostendit Boetium esse curabile dando modum  
precedendi circa curationem eius dicens Tu  
des grates auctori sospitatis .i. sanitatis quod  
nondum .i. non adhuc natura .i. vigor na-  
turalis destituit .i. deseruit te totum .i. to-  
taliter nos propheta habemus maximum somitem  
.i. radicem tue salutis .i. sanitatis scilicet veram  
sententiam .i. intellectum de mundi gubernatione  
quod tu credis esse supple gubernationem non esse  
subditam .i. subiectam temeritati casuum supple  
fortuitarum sed diuine rationi igitur nihil per-  
timeas iam tibi Boetio ex hac minima  
scintillula .i. parua veritate illuxerit vi-  
talis calor .i. ardor mere veritatis animam  
vauificans **¶** Tunc dat modum precedendi circa  
curationem eius dicens **¶** Sed quoniam pro quia  
nondum .i. non adhuc est tempus firmiter  
remedijs uti & constat .i. manifestum est  
eum esse naturam mentium ut quotiens abiecerint  
veras opinioniones induantur .i. inuoluuntur falsis  
opinionibus ex quibus falsis opinionibus caligo  
.i. obscuritas perturbationum .i. passionum  
orta .i. creata confundit illum verum intuitum  
.i. cognitionem mentis .i. ego supple propheta  
temptabo attenuare .i. remouere paulisper

.i. modicum hanc caliginem lenibus .i. facilibus  
quod per & mediocribus fomentis .i. medicinis  
ut dimotis .i. remotis tenebris fallacium  
affectionum .i. falsarum opinionum vel passionum  
possis agnoscere .i. intelligere splendorem  
.i. claritatem vere lucis .i. lucide veritatis.

**¶** Nota sicut in morbo corporali vigete princi-  
pali membro puta corde potest per medicinas  
introduci sanitas alijs membris sed naturali  
calore destitute ipsum cor frustra spes  
sanitatis sic in morbo spirituali manente  
in Boetio cognitione illius principij quod deus  
gubernet mundum potest procurari salus quantum  
ad errorem in alijs **¶** ergo dicitur propheta quasi  
congratulando Boetio debes reddere grates  
auctori sospitatis **¶** Nota quando intellectus  
abicit veram opinionem statim afficitur falsa  
opinionem quia intellectus non abicit veram opi-  
nionem nisi propter aliquam persuasionem per contrarium  
nihil autem contrariatur vero nisi falsum ideo intel-  
lectus non potest abicere verum nisi accipiendo  
falsum **¶** Nota tenebre affectionum impediunt  
rectum iudicium quia tristitia stupefacit &  
corruptit naturam ex ethicis sed amor &  
odiu pervertunt iudicium secundum Ptolemeum in  
centilogio & ire & concupiscentie venereorum  
maxime transmutant corpus & quibusdam insanias  
faciunt .vii. ethicorum & impedit ira animam  
ne possit cernere verum secundum katlonem:

**¶** Metrum septimum  
**N**ubibus atris condita nullum: **¶** Dic  
incipit septimum & ultimum metrum  
huiusmodi primum quod vocatur metrum  
adonicum ab inuenteore .i. dimetrum a numero  
pedum .i. dactylicum a pede predominantem **¶** In  
quo metro propheta probat per exempla quod dixit  
dixit enim propheta quod caligo perturbationum im-  
pedit intuitum veritatis hoc primo probat propheta  
tribus exemplis .i. secundo hortatur nos ad fugam  
perturbationum ibi Tu quod si vis .i. prima in tres  
secundum tria exempla quod patebunt dicit primo  
Hydera condita .i. abscondita atris nubibus  
.i. obscuris nubibus nullum lumen possunt  
fundere ad illuminandum terram **¶** Tunc ponit  
secundum exemplum **¶** Si turbidus auster .i.  
obscurus ventus voluens .i. mouens mare  
miscet .i. commisceat cum sceno quod est in fundo